



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

LI. Die Markgrafen Otto und Otto vereignen dem Domstifte die von dem Knappen Nicolaus von Gandoe resignirten sechs Winspel Getreide aus Holzhausen, am 18. Juli 1284.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

militibus dictis de Kerkowe pro viginti et sex marcis, damus predictae Ecclesiae et conventui Stendalensi proprietate perpetua possidendos: et ut predictae proprietatis donacio perpetuo maneat in conuulsa, presentes literas predicto conuentui Stendalensi, sigillorum nostrorum munimine tradimus sigillatas. Actum Tanghermunde, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIII<sup>o</sup>, XV. kal. Februarii, Adhibitis testibus, quorum nomina sunt haec: Johannes et Burchardus dicti de Hirckesleve, Johannes dictus de Buke, Theodericus dapifer dictus de Osterburch, milites, et alii quam plures clerici et laici.

**LII.** Die Markgrafen Otto und Otto vereignen dem Domsifte die von dem Knappen Nicolaus von Sandow resignirten sechs Wispel Getreide aus Holzhausen, am 18. Juli 1284.

In nomine domini Amen. Otto et Otto dei gratia Marchiones Brandenburgenses — presenti pagina pie devotionis affectus nostros, quos ad Sancti Nicolai Stendaliensem Ecclesiam gerimus, quam progenitores nostri fundauerunt et dotauerunt celebritate multiplici declaramus, quorum etiam memoria et anniuersaria celebrantur ibidem, et ut nos tam in vita quam in morte in diuino officio eiusdem gratiae efficiamur confortes, predictae Ecclesiae Sex choros dari frumenti in villa Holthuse, quorum usum fructum pheodalem Nicolaus dictus de Sandowe noster famulus resignauit, damus liberaliter proprietate perpetua possidendos — Testibus ydoneis quorum nomina sunt haec: Nobilis Dominus Wol. de Barboye, Ar. dictus de Jaghowe, Johannes dictus de Kracowe, Johannes dictus de Campo milites; Dominus Heiso dictus de Krachowe, Dominus Siffridus dictus de Walstowe et dominus Nicolaus prepositus in Snakenburg, Clerici et alii quam plures clerici et Layci. Actum Jerichowe, Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIII<sup>o</sup>, XV<sup>o</sup>. Kal. Augusti.

**LIII.** Vergleich zwischen den Minoriten und den Domherrn zu Stendal wegen des Begräbnisses, vom 15. August 1285.

Nos frater B. fratrum minorum prouinciae Saxonie Minister et feruus, necnon frater H. custos brandenburgensis, totusque conuentus fratrum minorum in Stendal, recognoscimus per presentes, compositionem, mediante Jo. lectore magdeburgensi, in causa, que inter nos ex vna et canonicos ecclesiae Stendaliensis ex altera parte vertitur, ordinatam, ex communi consensu omnium nostrum et singulorum approbare et eandem inuiolabiliter obseruare. Cuius compositionis forma haec est: Nos in nullo renunciantes priuilegiis nostris seu iuri communi, ex sola gratia et caritatis ac pacis amore, contenti esse uolumus, ut tres procuratores vel procuratrices nostras, quorum vel quarum exprimentur nomina, et hospites in Stendal non habentes domicilium, qui apud nos sepulturam elegerint, necnon intraturos, qui ob amorem et deuotionem nostri apud nos domicilium comparauerint, hoc ipsum decano vel in ejus absentia maiori de ecclesia intimando et tres personas in ciuitate Stendal commorantes preter iam dictas in anno, que forte apud nos sepeliri eligerint, recipiemus